The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pax b
cum fonte primo

Concorda cum aduersario tuo. Nescis quando uia finiatur; cum uia finita fuerit, iudex restat et minister et carcer. Ac si seruaueris aduersario tuo bonam uoluntatem et cum eo consenseris, pro iudice inuenies Patrem, pro ministro seuo angelum tollentem in sinu Abrahee, pro carcere paradisum.

Augustinus de uerbis Domini capitulo I.

Quid facturi sumus cum adversario illo, id est, cum sermone Dei? Concordia cum illo. Nescis enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit, judex restat, et minister, et carcer. At si servaveris adversario tuo bonam voluntatem, et cum eo consenseris; pro judice invenies patrem, pro ministro saeuo angelum tollentem in sinum Abrahae, pro carcere paradisum.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de scripturis*, 109 (PL 38, col. 638).